Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ethed in possionem sepulchri. Ibi sepeli
erunt eum. et saram uxorem eius. Ibi
sepulius est ysaac cum relecta conniu
ge sua. ibi et lya condita iacet. Emuis
que mandans eiusdem filios instruebat.
collegit pedes suos super lectum. et obiit.
appositusque est ad plm suum. ·L·

Vod cuiens joseph irruit super
faciem patris flens. et osculans
eum. Deceptique seruis suis me
dicis. ut aromatibus condirent patrem
suum. Quibus iussis expletisque tran
sierunt. xl. dies. Iste enim per mos eat
cadauerii. et luctus. Fleuitque egypt. eum
lxx. diebus. Expleto planctus per locutus
est joseph ad familiam pharonis. Si in
uenio gratiam in aspectu uestro loquimini
auribus pharonis. eo quod pater meus adiu
rauit me dicens. En morior. In sepul
chro meo quod fodi in terra chanaan. se
pelies me. Ascendam igitur et sepeliam patrem
meum. ac reuertar. Dixitque ei pharo. A
scende. et sepeli patrem tuum. sicut adiu
ratus es. Quo ascendente. ierunt cum
eo omnes senes domus pharonis. cum
que maiores natu terre egypti. domus
joseph cum fratribus suis. absque paruulis
et gregibus atque armentis. quae dereliqui
rant in terra gessen. huicque comita
tus curus. et equites. Ita ut turba non
modica. Venerunteque ad aream agad.
quae sita est transiordanem. ubi celebrati
tos exequias planctu magno atque
uehemenci. impleuerunt. vii. dies. Quos cum
uidissent habitatores terre chanaan. di
xerunt. Planctus magnus est iste
egyptis. Ideirco appellauerunt nomen
loci illius. planctus egypti. fecerunt
ergo filii jacob sicut preceperat eis. et por
tantes eum in terram chanaan. sepe
lierunt eum in spelunca duplici. quam
emerat abraham cum agro in possio
nem sepulchri. ab ephron etheo ante
faciem mambre. Reuersusque est joseph
in egyptum cum fratribus suis. et omni
comitatu. sepulto pater suo. Quo mor
tuo timentes joseph fratres eius. et mutuo
colloquentes. ne forte memor sit iniuriae
quam passus est. et retribuat nobis malum
omne quod fecimus. mandauerunt ei.
Pater preceptit nobis antequam moreretur.
ut tibi hec iuba illius dicemus. Obsecro
ut oblituscaris scelus fratrum tuorum. et pec
catique malitiam quam exercuerunt in te. Nos
quoque oramus ut serui dei patris tui dimit
tas iniquitatem hanc. Quibus audiis.
fleuit joseph. Venerunteque ad eum fratres
sui. et prni ceciderunt in terram. et dixerunt
ei. Ecce tui sumus. Quibus ille respondit.
Nolite timere. Non dei possumus resis
tere uoluntati. Vos cogitastis de me ma
lum. sed deus uertit illud in bonum. ut ex
altaret me sicut in presentiarum cernitis.
et salutem facerem multorum populorum.
Nolite metuere. Ego pascam uos et paruulos
uestros. Consolatusque est eos. ac delenit
est loquutus. Habitauit in egypto cum omni
domo patris sui. Vixitque joseph. c. xx.
annis. et uidit filios ephraym usque in
tertiam generationem. Sed quoque machyr
filii manasse nati sunt in genibus jo
seph. Quibus transactis loquutus est fratribus
suis. Post mortem meam dominus inuisita
bit uos. et ascendere faciet de terra ista ad
terram quam iurauit abraham. ysaac.
et jacob. Cumque adiurasset eos atque
dixisset. deus inuisitabit uos. asportate
uobiscum ossa mea de loco isto. mortuus
est expletis. c. xx. uite sue annis. et con
ditus aromatibus repositus est in loculo
in egypto. Explicit genesis. Incipit
exodus quam hebraice dicunt. Elesmoth.